

gionis voto¹ constrictum, dignitate sacerdotali sublimatum, deici atque precipitari. Is miser in episcoporum² concionem ductus, ipsis pro tribunali sedentibus pro sua deiectione, mente firma atque intrepida obiectionibus Ertfordensium³ excipiendo respondere statuit, singula capitalia⁴ accusationis dissimulando, sese immunem diuque⁵ asserendo. Sed hi ad canonicam probationem sese⁶ afferentes cirographum suorum criminum manu propria⁷ conscriptum in medium produxerunt. Ubi inquisitus⁸ per episcopos metu penarum sibi infligendarum manu propria sese talia scripsisse profitebatur. Sed [hic cum⁹] omnia cirographo inserta irritaret atque inaniret¹⁰, Erffordenses¹¹ his verbis conturbati¹² aliorum in abditam partem capitollii eum abduxerunt, durissime requirentes eum, an eciam salutem proprie¹³ anime meminisse¹⁴ velit, cum eum mori oporteat. Et quo pacto talia dissimulet, cum sua sponte sepenumero¹⁵ se¹⁶ huiuscemodi¹⁷ excidii conscium confessus fuerit. Et si veritatem sibi agnitam explicaret, gratiam apud eos super capitali suplicio nancisci¹⁸ potuerit. His verbis demulsus episcoporum concionem adiit, sera penitentia ductus, omnia veridica cirographo inserta¹⁹ confitebatur, orans atque obtestans, ut zelo gratie eum complecti vellent. Quo facto episcopi ex delicti atrocitate eum deiciendum censuerunt²⁰ atque inter multa in medium detulerunt: 'O Iuda, Iuda, quare dereliquisti consilium pacis et cum inpiis conciliatus recepisti²¹ triginta argenteos et sanguinem iustum tradidisti?' Et insuper his miser omnibus ornamentis sacerdotalibus, tamquam divina celebrans, indutus, eisdem viceversa spoliatus, primo calice una cum hostia, deinde ceteris ornamentis, in capite forfice tonsus, in tribus partibus parumper lusus, tunica grisea cappam tegendo vestitus, pedibus ab episcopis repulsus, in brachium seculare traditus foret. Ubi revera die eodem enormiter, ut par est²², trucidatus extitit. Sed profecto die Iovis

1) 'votō' Hs. 2) Folgt 'cō' getilgt. 3) 'ertforden' Hs. 4) Folgt 'occasionis' (?) getilgt. 5) 'in euū (?) conferebā' (corrigiert in 'confereba²') scheint dazustehen. 6) 'sse sse', 2 s getilgt und so corrigiert 'sese'. 7) Folgt 'conspc' getilgt. 8) 'inquitus', später corrigiert 'inquisitus'. 9) 'R' (hoc oder homo) euo (?) scheint dazustehen. 10) Das heisst natürlich: alles für unwahr und falsch erklärte. 11) 'erfforden' Hs. 12) 'conturati' später corrigiert in 'contristati' (?). 13) Folgt 'salutis' getilgt. 14) 'meminisse' Hs. 15) 'se enūo' Hs. 16) Fehlt Hs. 17) 'hcei' Hs. 18) 'nanciss.' Hs. 19) Da undeutlich im Text, dort getilgt und am Rande besser wiederholt. 20) 'censerunt' Hs. 21) 'es cepisti', in undeutlicher Weise daran corrigiert. 22) 'parj' Hs.